

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100





**C**hremes Atticus pater pasibullæ: & philomenæ: cū ex his duabus se pasibulam perdidisse falso crederet: relictam Athenis: nec uisam postea multo tempore tanq̄ unicam sibi putabat Philomenam: quā carinus adolescens atheniensis adamabat unice: & eam sibi petebat uxore: sed pater eam Pamphilo cuidam symonis filio ultro desponderat: qui pamphilus ecōtra sorore chrysidis ac peregrinam tum creditam pasibulam supradictam: alterā chremetis filiā sub nomine glycerii latenter sic amauit: ut ex ea filium suscepisset in scio patre: qua re intellecta com-

motus symo pater pamphili: dum per falsas nuptias tētat animū pamphili multis dolis a dauo ipse deluditur seruo: periculoq̄ carini & pamphili motus error in fabulis qui usq̄ ad eum finem ductus est. dum athenas ueniens de andro quidam crito rem aperiat: & nodum fabulæ soluat: per quem agnita pasibula recipitur a parentibus: & traditur pamphilo amanti: philomena uero carino despondetur: & traditur exoptanti. **P**erspecto argumento scire debemus hanc esse uirtutem poetam ut a nouissimis argumentum rebus incipiens initium fabulæ: & originem narratiue reddat spectatoribus: auctoremq̄ præsentem sibi exhibeat: ubi finis est fabulæ: hunc enim ordinem & circulum poeticæ artis: uel uirtutis nō modo secuti sunt tragici: comicq̄ auctores: sed **H**omerus etiam & **V**ir. tenuerunt. **D**iuisionem actū in latinis fabulis internoicere difficile est: causam iam dudū demonstrauius. **V**nde autē aut quo modo quis ægre tamen intelligi distinguq̄ possint est operæ præcium dicere. **P**incipio dicendum est nullam personam egressam quinquies ultra exire posse. sed illa re. plerūq̄ decipimur quod personā cum tacuerit egressam falso putamus: quæ nihilominus in proscænio tacens loquendi tempus expectat. **E**st igitur attente animaduertendū ubi & quando scæna uacua sit ab omnibus personis: ut in ea chorus uel tibicen audiri possit: quod quum uideremus ibi actum esse finitum debemus agnoscere. **C**onfundit sæpe lectorem id quod persona in superiori scæna desinens: & in proxima incipiens loqui non intelligitur ingressa quod experientes ipsam fictā diiudicant de republica: ac tempore quāritate potest enim fieri ut & ingressa sit ac egressa: quā prauē credimus de proscænio non recessisse. posse autem quinto egredi personam non & necesse esse dicimus ut appareat ultra exire non posse. **I**n tragœdia & parcius exire & solere pariter & licere. **P**rimus actus in andria narrationem symonis apud soliam continet argumenti: quā populus hac occasione perdiscit: mox querelam apud se dauī de domino: & eiusdem cum domino uerba: & rursum eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. **S**ecundi actus sunt carini uerba: primo cum biria seruo: & post cū ipso Pamphilo de nuptiis philomenæ: dauī interuētus. & cū eo disputatio de nuptiis. **P**amphili sermo cum patre dolo consentientis in nuptiis. birriæ uerba: **D**auī callida oratio aduersum senem. **T**ertio actui hæc attribuitur misidis cum obstetricæ colloquium dauo ac symone audientibus: partus glycerii suspectus seni: & dauī apud eum fraudulenta sermocinatio. **S**ymonis uerba cū chremete de nuptiis: dauī perturbatio ac pamphili. **Q**uartum actum per hæc intelligimus. prima carini uerba sunt indignantis uelut fidem sibi non seruata a pamphilo. tum misidis uerba apud pamphiliū eiusdem questus. dauī administratio doli aduersus chremetem. **I**n quinto actū symonis & chremetis propeiurgium: disputatio: tum de cetero fallaciarum dauī: tum indignatio patris aduersus filium: tum critonis interuentus: & per eum cognitio rebus in tranquillam rem acta: ducētibz uxores: quas concupuerunt pamphilo & carino. **I**llud non commouere nos debet: quod in horum actuum distinctiōe uidentur de proscænio non discessisse personæ quædam: sed tenere debemus ideo **T**erentium uicinitatis mentionem fecisse in principio: ut modico receptu & adesse: & abesse personam intelligamus: nihil erho secus factum est ab antiquis: qui ad hunc modum terentianas fabulas diuiserunt.

**EPITHAPHVM**

**N**atus in excelsis tectis carthagini altæ:  
**R**omanis ducibus bellica præda fui.  
**D**escripsi mores hominum: iuuenumq̄: senumq̄:  
**Q**ualiter & serui decipiant dominos:  
**Q**uid meretrix: quid leno dolis confingat auarus:  
**H**æc quicumq̄ leget: sic puto: cautus erit